

## Universitätsbibliothek Paderborn

**TRACTATVS|| DE CON-||FESSIONIBVS MA=||LEFICORVM ET  
SAGA-||RVM SECVNDÒ RECOGNI||tus, & auctior redditus.||  
An, & quanta fides ijs adhibenda sit?||**

**Binsfeld, Peter**

**Avgvstae Trevirorvm**

**VD16 B 5530**

Quatum Dubium. An condemnati adignem, iuxta dispositionem legis, viui  
sint comburendi?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41113**

Quartum Dubium. *An condemna-  
ti ad ignem, iuxta dispositionem legis, viue-  
sint comburendi?*

Videtur quod sic: quia sententia videtur in illum effectum tendere, & quando ignis pena à lege imponitur, in pœnam imponitur. Cadauer autem cùm careat sensibus, non est capax doloris & pœnæ. Ad hæc Iudices, qui exequuntur sententias, sunt ministri iustitiae; ergo subduntur legibus, & debet infligere pœnam à lege prescriptam: maximè qui agnoscunt superiorem. His non obstantibus, vsus obti-  
nuit, vt priusquam igni tradantur, interficiantur compressis fauibus, siue strangulentur, ad  
exitandum periculum, ne lenta mors, ob ma-  
gnos cruciatus, in blasphemias, aut desperatio-  
nem reum trahat. Idcirco apud Christianos  
receptus est mos prius strangulandi, quā com-  
burendi, nisi in aliquo casu, ob singulares cir-  
cumstantias, criminis atrocitas aliud postulet.  
Si autem reus maneat pertinax in malo, & non  
conuertatur ad cor, nec pœnitentia, viuus com-  
buritur in crimine hæreseos, vt praxis Italix  
& Hispaniæ docet. Quod etiā in crimine maleficorum fieri debet: nam in impœnitenti nō  
est timenda desperatio; & ratio, vt viui non  
comburantur, est ne cadant in desperationē,  
vel aliud peccatum in maximo cruciatu. De

Aa 4      hoc

hoc dubio legendi sunt Couarruias lib. 2.  
variarum Resolut. cap. 10. à num. 9. & Iulius  
Clarus lib. 5. §. fin. pract. Criminalis. quæst. 99.  
versi. vnum tamen in hoc proposito notabis.

*Quintum Dubium : An maleficiis pr.  
nitentibus, nec non alijs damnatis ad mor.  
tem, petentibus Eucharistia sacramentum  
dandum?*

**R**ESPONDEO, quod sic, si vera signa pœni.  
tentiae appareant, & ex dispositione devo.  
tioneq; petat: de furibus suspendendis est tex.  
tus, 13. q. 2. cap. Quæsitus. de hæreticis. cap. Su.  
per eo. de hæret. in 6. de damnatis in genere,  
Gloss. recepta in Clementina 1. de pœnit. & re.  
missionibus. Franciscus Cardinalis Zabarella  
ibid. quæst. 9. & 12. Turrecrem. in dict. cap.  
Quæsitus. Stephanus Aufrerius in tractatu  
de potestate Ecclæsiæ super laicis, num. 58.  
Iosep. Angles in florib. Theologicarum qq. in  
part. in 4. sent. in q. de Suscipientibus Eucharis.  
tiam Iuli. Clarus lo. cit. sed quæro nunquid.  
Ange. in verb. Eucharistia 3. §. 27. Sylvest. ibid.  
num. 7. & ex professo Marti. Nauar. in Enchri.  
dio de oratione & horis canoncis, cap. 22. nu.  
mer. II. & Manuali confessariorum cap. 25. nu.  
mero. 23. & hæc est communis sententia: quam  
in vrbe existens audiui in scholis confirma.  
tam à Pio Quinto p̄ijissimo Pontifice, in motu  
quodam